

4. simpl. 19.

Ergo nec  
metalla, nec  
alia subter-  
rana, à  
Chymicis  
in usum du-  
cta, reijciat.

Modo inue-  
niendorum  
medicamē-  
torum con-  
uenit Chy-  
micus cum  
Medico.

De Theri-  
aca ad Pi-  
sonem c. 1.  
Lib. 2. tr.  
1. cap. 2.

vesicam nihil offendat, etiam renes ex-  
purgare alibi fatetur, quæq; mouendis  
vrinis sint efficaciora, non nihil cantha-  
ridum recipere. Quidni ergo de ijs ipsis  
remedijs, quæ iam iam excutimus, ea-  
dem sentētia feratur? Cumq; omnium  
& Græcorum & Arabum alto consensu  
plurima nociua, venenataq; in societa-  
tem materiæ medicinalis, debito ritu  
præparandæ, & ad idoneam mediocri-  
tatem reuocandæ, admittuntur, eodem  
iure, pari licentia & ipsa accipiātur? Ab  
antiquis id factitatum videmus: vel ab  
ijs saltem posteriorum sæculorum viris  
doctis, qui suo merito spretis Paracelsi  
erroneis ambagibus, regiæ inueniēdo-  
rum medicaminum ab Hippocrate &  
Galeno præmonstratæ, sanctissimè infi-  
stunt. Dicunt enim Galenus & Auicen-  
na, materiam remediorum Ratione &  
Experientia constituendam esse. Sic ipsi  
sua inuenerunt remedia, quibus nos  
quoq; perfruimur. Si ergo ducum no-  
strorum exemplo, quæ remansere inta-  
cta, rationis præscripto tētemus, an gra-  
uius quippiam in ea, quæ recepta iam  
sunt, sanioris Medicinæ principia com-  
mit-

mit-